

41 Mandatum præsumitur, quando lapsus est tempus opponendi defectum illius.

PRÆSUMPT. XXXIII.

CVM non modò ab ipsi sine carum dominis, sed & ab eorum procuratoribus, lites, & iudicia tractari atque exerceri soleant, congruè agendum hic est, an & quando mandatum ad lites, & iudicia ipsa præsumatur. Verum quia quæ de iudicijs tractantur, cõmunia in multis sunt cum cæteris, quæ extra iudicium geruntur, ea propter in vniuersum hic agemus, an & quando mandatum hoc præsumatur? Quia in re duos casus cõstituo.

Primus est, qñ nullus extat tps cursus, sed de recenti mādato est disputatio. Hoc in casu nulla est apud nostros contentio. Vno enim ore omnes scribunt, mandatum f vel ad lites, vel ad alia negocia non præsumi. Ita sanè oēs in l. sciendum. de verb. oblig. Et huius sententia ratio ea est, quia mandatum est quid facti, facta autem non præsumuntur, l. in bello. §. facte. ff. de capt. & postlim. reuerf. Et præterea dicimus, qd nemo præsumitur habere ius f in re aliena, nisi probetur. l. siue possidetis. C. de probat. Hinc dicimus, neminem præsumi habere officium, nisi probetur. l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. 10.

Declaratur primò, vt locum nò habeat prædicta sententia in actibus, f qui cõter fieri non solent citra mandatum, sicuti quando quis soluit noīe alterius. Nā tunc mandatum præsumitur. Ita Rota decif. 2. in tit. de causa poss. & propriet. in antiquis, quæ censuit, præsumi mādatum habuisse illum, qui nomine debitoris soluit pensionem. Et Rotam secuti sunt Cassad. decif. 3. nu. 4. titu. de procurat. Soc. Sen. in conf. 46. col. 2. lib. 3. Felin. in c. si cut, nu. 35. de iud. Dec. in conf. 36. num. 8. & in conf. 42. num. 13. vers. tertio responderetur. & l. 1. in prima lectura. col. 4. C. qui admitti. Cur. Sen. in conf. 77. col. 4. Gozad. in conf. 1. nu. 14. Lofred. in conf. 35. col. 1. Berous in q. 3. num. 4. in fin. Cagnol. in l. velle non creditur, nu. 15. de reg. iur. qui expressè dixit procedere et j quando non adest tps diuturnitas. Crau. in tract. de antiq. temp. in 2. parte princ. num. 65. idem in conf. 949. nu. 9. & 10. Rota Roman. in decif. 187. num. 3. in 1. part. in nouiss. editis. Olfasc. in conf. 1. nu. 61. & 62. & Mascard. in tract. de probat. nu. 39. concl. 1004. Gigas in tract. de pensionib. q. 47. Titu. de præscriptionib. in gloss. 4. vers. si posterior. & Ant. Gabr. in d. concl. 1. nu. 6. Ea est rō, quia nemo præsumitur f iactare suum, l. cū de debito. in prin. ff. de probat. cum similibus. Qui ergo soluit tanquā procurator, præsumitur asseruisse quod verum est. Quibus constat malè sensisse Imolam in l. quæ sub conditione. ff. de condit. & demonstr. Alex. in l. cum seruus, col. vlt. vers. sed aduerte. ff. de verb. oblig. & ibid. l. col. vlt. & Ruin. in conf. 156. num. 16. lib. 1. qui opinati sunt, hoc in casu requiri aliam coniecturam. Hæc tamen declaratio intelligitur, quando præsumendo hac de causa mandatum, non inducitur aliquod delictum contra ipsum principalem, secus si f delictum in eo redargueretur, sicuti quando quis tanquam procurator eius, qui homicidium perpetrasse arguitur transgessit, & damna ac impensas soluit filijs occisi. Hoc sanè casu non præsumitur hic transigens habere mandatum ab accusato illo, & ideo hæc transactio non facit iudicium cõtra eum. Ita in spe die declarat Chaffan. in conf. 58. num. 22. Gramm. voto vlt. in fin. & Mascard. in d. concl. 1004. nu. 40. & cõferūt quæ scripsi superiore lib. q. 90. in iudicio duodecimo.

Declaratur secūdò, vt non procedat hæc sententia, f quando interuenit scientia, & patientia principalis, vt si quis in iudicio agit, & experitur nomine alterius, eo sciente, & patiente. Nam tunc mandatum præsumitur. Ita Innoc. in ca. ex parte Decan. de re iudic. Abbas in consil. 7. in 2. dubio, lib. 2. Cald. in conf. 4. in tit. de procura. Guido Papa q. 40. Alex. in l. sapè, col. 1. ff. de re iud. &

in conf. 157. num. 12. lib. 2. & in conf. 80. col. 2. lib. 4. Fel. in c. cum olim. col. 2. de offic. deleg. Ruin. in conf. 101. num. 14. vers. facit etiam. lib. 1. Afflic. decif. 308. nu. 8. Gozad. in conf. 94. num. 48. Bald. in tract. de præscr. in 3. parte, q. 10. num. 30. Vant. in tract. de nullitatib. in tit. Quibus modis nullitas reparari possit, nu. 94. Crauef. in tract. de antiq. temp. in 6. particula primæ partis princip. num. 57. Ant. Gabr. in suis conclus. lib. 2. tit. de procur. conclus. 1. num. 12. & Vantius in tract. de nullitati. in tit. Quibus modis sen. nulla repar. possit, nu. 94. Rota in d. decif. 187. num. 6. Olfasc. in conf. 1. nu. 54. & 58. & Mascard. de probat. conclus. 1904. num. 17. qui nu. 22. 23. & 24. multis modis declarat. Cæterum ab Innocetij traditione dissentiunt multi commemorati ab Alexan. in l. sapè, num. 87. ff. de re iud. qui multis modis, & casibus eum tueri conatur. & Idem Alex. in conf. 80. nu. 14. lib. 4. sic, & Mascard. qui sup. nu. 21.

Declaratur tertio, vt non procedat, quando f agitur de modico præiudicio, & damno. Nam tunc mandatum præsumitur. Ita scripserunt Balb. in tract. de præscr. in 3. parte princ. q. 10. num. 31. Gozad. in conf. 94. nu. 48. & in conf. 96. col. pen. Gigas in tract. de pensio. concl. 1. nu. 13. Ant. Gabr. in d. concl. 1. nu. 13. Ceph. in conf. 441. num. 74. lib. 3.

Declaratur quarto, vt non procedat, quando enūciatur, f mādatum per acta certi notarij in eo, qui soluit tanquam procurator alterius, vt repetat ab eo, cuius noīe soluit. Nā tunc præsumitur mādatum. Ita declarat Ant. Gabr. in d. conclus. 1. nu. 22. ex sententia Comenfil. 6. in fin. & Comenfil. secuti sunt Curt. lun. in auth. si quis in aliquo. in fin. C. de eden. & ibid. Cagn. num. 96. Rota in d. decif. 189. n. 2. & Olfasc. in d. conf. 1. nu. 51. & 52.

Declaratur quinto, vt non procedat, quando f mādatum enunciatur in sententia iudicis, vt si condemnavit aliquem tanquam procuratorem talis. Nam tunc præsumitur mandatum inter ipsas partes ob illam iudicis assertionem. Ita post Anch. in clem. 1. de probat. & Trigonium in sing. 121. annotavit Gabr. in d. concl. 1. nu. 23. & ibid. num. 26. idem esse scripsit in assertionem principis, ex sententia Ruin. in conf. 41. col. 1. & 6. lib. 1.

Declaratur sexto, vt non procedat, quando reperitur aliquid ad mei utilitatem f scriptum ab eo, qui officium publicum gerit, vel ab eo cuius libris creditur, vt in argentario, mercatore, & notario tradit Atet. in c. 1. num. 22. & 24. & de probat. & ibi Dec. nu. 27.

Declaratur septimo, vt nò procedat, qñ is q gessit f se pro procuratore est talis, pro quo psumitur. Nā tunc habuisse mandatum psumitur. Ita Gabr. in d. concl. 1. nu. 25. ex sententia Ruin. in conf. 33. nu. 21. lib. 1.

Declaratur octavo, vt nò habeat locum, quādo comparens consuevit f causas tractare, & cõstat ei cõsignatas fuisse scripturas à principali. Nam tunc comparens præsumitur constitutus procurator. Ita post multos Iaf. in l. 1. in fi. C. de procur. Felin. in c. coram. col. 4. vers. limita primo. de offic. deleg. & alios refert Vant. in tract. de nullit. in titu. Quibus modis sen. nulla reparatur, nu. 96. qui declarat.

Secundus est casus, quando adest longus, atque diuturnus temporis cursus, an hoc in casu præsumatur mādatum? Hic sunt f opiniones. Vna fuit eorū, qui scripserunt non præsumi. Ita Bal. in l. 2. C. si ex falsis instrum. qui censuit, nec spacio quidem mille annorum præsumi mandatum. Idem Bald. in conf. 82. Bertou. col. 2. lib. 3. & in l. 1. C. de reb. alienis nō alienan. & ibid. Salic. Alex. in leg. qui aliena. in princ. num. 11. ff. de acq. hered. & in l. sciendum, num. 20. de verb. oblig. idem in consil. 1. nu. 19. lib. 1. in conf. 191. num. 4. lib. 6. & in consil. 35. nu. 4. lib. 7. Cæpolla in conf. 26. num. 6. in ciuilib. Soc. Sen. in conf. 254. col. 2. vers. præterea non sumus, lib. 2. Fel. in c. sicut, num. 31. de iudic. & Iafon in conf. 140. col. 2. in fi. lib. 4.

lib. 4. Dec. in conf. 205. col. 2. vers. vltimus in tali. Curt. Sen. in conf. 49. col. 5. in fi. Curt. lun. in tract. feudorum, parte 1. q. 1. nu. 4. Afflic. decif. 345. & decif. 368. Marf. in sing. 323. Gozad. in conf. 94. num. 48. & in consil. 96. nu. 11. Paris. conf. 47. nu. 38. lib. 1. Soc. Jun. conf. 56. nu. 5. & num. 11. lib. 1. Brun. in conf. 96. nu. 3. Bertran. in conf. 1. nu. 33. lib. 1. Horma. Detus in l. 4. §. Caro. nu. 235. de verb. oblig. Bald. in tract. de præscript. in 2. parte, tertia partis princ. nu. 30. Cagn. in l. velle non creditur, nu. 13. de reg. iur. Craue. in conf. 266. nu. 9. Gramm. decif. 103. nu. 83. Ceph. in conf. 65. nu. 16. lib. 1. & Hier. Gabriel. in conf. 36. nu. 39. Ea ratione adducti sunt, quod mandatum est quid facti, & ideo (vt diximus supra) non præsumitur, d. l. in bello. §. facte. ff. de capt. & postlim. reuerf. Nec ob stare videtur cursus temporis. Cum tempus f nō sit modus tollendæ, & inducendæ obligationis, l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & oblig. Nam responderetur, q licet tempus non sit modus inducendæ obligationis, de nouo, atq̃ aptum est, vt præsumatur illa ab initio interuenisse, sicuti dicimus solennitatē extrinsecā præsumi temporis diuturnitate, c. peruenit. de emp. & vend. & tradunt omnes in l. sciendum. de verb. oblig. & infra lib. 3. præsump. 94. dicimus. Ita quoque videmus, quod si duo f fratres per decenium possederint bona paterna tanquam diuisa, præsumitur quod ab initio diuiserunt, l. pen. C. comm. diuid. vbi gl. & Bar. & reliqui, & explicabimus infra lib. 3. præsum. 58. Quemadmodum ergo ob temporis diuturnitatem præsumitur inducens ab initio ille titulus, ita etiam præsumi debet hoc mandatum.

Secunda fuit opinio eorum, qui affirmarunt, immò f mandatum tps diuturnitate præsumi. Quia quidem in opinione fuit sibi parum cõstantis Bald. in conf. 337. col. vlt. lib. 1. Castr. in conf. 84. Vifa facti narratione, & his quæ copiosè ad fi. lib. 1. Cur. Sen. in conf. 77. super motiuis, col. 2. Iaf. in l. sciendum, nu. 19. de verb. oblig. & ibid. Crot. num. 24. Ruin. in conf. 35. num. 18. lib. 1. Dec. in conf. 199. ad fin. vers. præterea etiam in mandato. in consil. 297. col. 2. nu. 3. vers. nec obstat quod ista, in cõf. 486. col. vlt. & in conf. 638. col. 2. Boer. q. 124. nu. 13. & in q. 281. nu. 17. Soc. Jun. sibi parum constans in conf. 139. nu. 10. & in conf. 146. num. 10. lib. 2. Craue. in conf. 317. nu. 1. vers. vniuersa difficultas. & in tract. de antiq. temp. in 2. parte princ. nu. 59. & in 1. particula 3. partis princ. nu. 37. post Calc. in conf. 8. col. 4. qui intelligit, quando tps est valde antiquum. Hier. Montan. in tract. de finib. cap. 105. nu. 4. Natta in conf. 341. nu. 3. lib. 1. in conf. 426. nu. 9. & in conf. 638. n. 184. lib. 3. & Tiraq. in tract. de præscr. §. 1. gl. 4. vers. 31. Quam quidem opinionem probarunt primo ex l. vlt. ff. de vscap. pro empt. vbi loquitur Scauola conditionaliter, si credidisset mandatum ad fuisse. Non ergo in solo tps cursu constituit fundamentum, sed in alijs coniecturis, quibus ille emptor probabiliter credidit illum venditorem habuisse mandatum.

Secundò ex l. filius. C. de peticio. hered. Cæterum facile responderetur ad fuisse quasi possessionē vnā cum cursu temporis. Et præterea varia sunt ad hoc responsum interpretationes, vt suo loco dicemus.

Tertio ex c. super quibusdam. §. præterea. de verb. sig. Qui quidem tex. vel nil ad rem facit, vel loquitur quando concurrat quasi possessio.

Quarto accedit ratio, quod in his quæ sunt difficilis probationis, coniectura f sufficiunt, l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. & dicimus infra. Verum responderetur, non hic adesse coniecturam, cum nil appareat, ex quo coniectura sumi potest.

Tertia fuit opinio eorum, qui distinguunt, quod aut aliqua coniectura concurrat cū tps antiquitate, & tunc nō præsumitur. Ita scripserunt expressim Cagn. in l. velle, non creditur, nu. 13. vers. sed qñ. & Lofred. in conf. 20.

lib. 8. Et alios per plures hoc affirmantes recensimus in fra in secunda declaratione. Et traditionem hanc pro tertia opinione commemorat Ant. Gabr. in suis conclus. lib. 2. tit. de procuratoribus conclus. 1. nu. 2. Sed nō discrepat à secunda opinione. Cum & ij sentiant, non præsumi mandatum tps diuturnitate, quando cessant coniecturæ, & præsumptiones. Probata itaq; illa prima opinione, quod mandatum non præsumitur temporis diuturnitate, multis modis extenditur, atque declaratur.

Extenditur primò, vt procedat et in mandato f iudici facti. Nā nec illud tps diuturnitate præsumitur. Ita probat c. cū in iure peritus. de off. deleg. vbi Doct. & rñdit Ruin. in conf. 68. nu. 17. & in conf. 69. n. 11. lib. 1. qui idē esse dixit in mandato nunciij. Idem Ruin. in conf. 28. nu. 19. lib. 4. Ant. Gabr. in prædicta conclus. 1. nu. 4. & 5.

Extenditur secūdò, vt procedat et in mādato f facti executori. Nā nec illud præsumitur, vt cõsult Bald. in l. 1. n. 2. C. de reb. alien. nō alie. idē respondit Ruin. in conf. 68. nu. 17. & nu. 23. lib. 1. & sequitur Gabr. in d. conclus. 1. num. 2. Et his accedunt Calca. in conf. 8. col. 4. & Crau. de antiq. temp. in 1. particula 3. partis princ. nu. 37. qui & idem esse dicunt in tutore, qui non præsumitur. & idē respondit Hieron. Gabr. in conf. 36. nu. 39.

Extenditur tertio, vt procedat et quoad f inducendū bonam fidem, sicuti qñ vendens rem alienam asserit se vendere ex mandato domini, emptor ille non efficitur bone fidei possessor, si non viso mandato emit. Ita tradit Bart. in l. cum vir, nu. 16. vers. præterea hic. ff. de vscap. & apertius in l. qui fundū. §. procurator. & in l. vl. ff. de vscap. pro emp. in l. 1. n. 2. C. de reb. alie. nō alien. & ibi Sal. in fi. Imol. in d. l. qui fundū. §. procurator. in conf. 68. n. 23. lib. 1. Curt. lun. in l. 1. n. 71. C. qui admitti. Balb. in tract. de præscr. in 2. parte 3. partis princ. q. 2. num. 5. dum post Imolam ait, ita sensisse Bart. & hanc esse communē asseruit Cranet. in conf. 260. num. 3. Ant. Gabr. in d. conclus. 1. num. 17. vers. contrariam; quo loci scriptum reliquit, à recepta hac opinione dissentire Ang. in d. l. cum vir. col. 2. vers. sed de vno miror. ff. de vscap. & ibid. Imol. col. vlt. vers. scilicet. item adde quia. Sed verè Imola à Bart. non dissentit, vt nec etiam ab eo recedit Alex. in conf. 191. num. 4. lib. 6. qui à Gabriele malè citatur, & à Boerio q. 281. nu. 16. qui Angelum secutus est. Mascard. de probat. conclus. 1004. num. 10. & 11. Hæc Bart. & se-

quacium opinio non habet f locum quando emptor intellexisset à fide dignis, quod venditor habebat sufficiens mandatum à Domino. Nam tunc in emptore causaretur bona fides. Ita Bar. & reliqui præallegati. Et idē docuit Balbus in l. Celsus, num. 46. de vscap. qui post Fel. in c. sicut, num. 31. vers. 6. aduerte. de re iudic. idem esse dixit, quando ipsemet f venditor qui asseruit se esse procuratorem, esset persona fide digna, iuxta gl. l. Titio fundus. ff. de cond. & demonstr.

Declaratur primò, vt non habeat locum illa sententia, quando f in aliquo instrumento antiquo mandatum enunciatur. Nam tunc præsumitur ad fuisse. Ita Bald. in conf. 12. Quæro qui intelligantur. col. 2. vers. quaritur vltimus, & in conf. 337. In primis videndum est, col. pe. vers. quoad scdm. lib. 1. Cur. Sen. in conf. 77. Super motiuis. col. 2. vers. præmissis non obstantib. Capolla in consil. 26. in 2. dubio. Dec. in consil. 36. num. 8. & in consil. 199. num. 3. Cassad. decif. 3. nu. 4. tit. de procur. Gozad. in conf. 1. col. 4. in conf. 97. col. penul. Purpur. in Auth. si quis in aliquo. in fi. C. de eden. Cagn. in l. velle nō creditur, nu. 19. de reg. iur. Boer. q. 281. num. 17. Vant. in tract. de nullitati. in tit. Quib. modis snā nulla reparari possit. n. 92. vers. vel intelligere. Crau. in conf. 317. col. 2.

Tomus Primus. L 3 versic.

versic. secundo respondeo. & in tract. de antiq. temp. in secunda parte princ. nu. 61. Ant. Gabr. in suis concl. lib. 2. tit. de procur. conclus. 1. nu. 10. & scripsi in consil. 1. num. 80. idem novè decidit Rota Romana teste Verallo de cif. 194. in 2. parte. Nec repugnat, quod respondit Alex. 26 in consil. 50. num. 6. lib. 5. cum dixit, verba f. enunciatiua alterius instrumenti, non probare enunciatiua, nisi inter ipsos contentantes. Nam Alexander loquitur qñ agitur de probatione ipsius substantiæ, non autem qualitatis, ut in eo annotarunt Moderni Parisienses, & prius Crau. in d. tract. de antiq. temp. in d. 2. parte principali, nu. 62, qui multis comprobatur, & ante eos ita Alex. intellexit Dec. in d. consil. 36. num. 8. vers. per antiquitatem.

27 Declaratur secundò, vt non procedat, qñ t. cum t. p. diuturnitate concurreret alia coniectura. Nā tunc præsumeretur mandatum. Ita responderunt Cur. Sen. in dict. consil. 77. col. penult. vers. 3. concl. Dec. in consil. 36. num. 8. vers. 2. respondetur. & consil. 42. nu. 13. vers. secundo respondetur, qui quidem adfert coniecturam, de qua disimus supra in 1. declarat. Ruin. in consil. 107. nu. 6. lib. 4. qui coniecturam illam adfert, qñ is procurator ostendit instrumenta sui principalis. Cagn. in l. velle non creditur, nu. 16. de reg. iur. Qua de re dicemus infra præsumpt. sequenti. Ita etiam Gozad. in consil. 11. num. 13. Brun. in consil. 95. nu. 4. sic quoque Bertr. in consil. 59. lib. 3. qui respondit, qñ stante temporis f. antiquitate, creditur personæ egregiè asereti se syndicum vniuersitatis. Ita quoque Loffred. in consil. 29. nu. 8. Soc. lun. in consil. 56. col. 2. lib. 1. Cagn. in d. l. velle non creditur, nu. 13. vers. sed quādo de reg. iur. Crau. in d. tract. de antiq. temp. in 2. par. princ. num. 69. & Ant. Gabr. in d. conclus. 1. num. 10. Hanc declarationem probarunt etiam Rota Rom. de cif. 187. nu. 5. par. 1. in nouis. Ofasc. consil. 1. num. 54.

29 Declaratur tertio, vt non procedat in Vicario f. Episcopi, cuius mandatum præsumitur, si non negatur, & si negatur, sufficit probare nominationem. Ita Cagnol. in l. velle nō creditur, nu. 14. de reg. iur. Crau. in d. tract. de antiq. temp. in 2. parte principali, nu. 68. qui Rotam & alios plures huius opinionis Doctores recenset.

30 Declaratur quarto, vt nō procedat in ratificatione, f. quæ etsi mandato comparetur, attamen illa præsumitur temporis diuturnitate. Ita Iaf. in l. 1. nu. 10. C. qui admittit, & responderunt Soc. Sen. in consil. 64. col. pen. lib. 3. Dec. in consil. 297. num. 3. in fin. Gozad. in consil. 11. nu. 16. Soc. lun. in consil. 139. nu. 14. & in consil. 146. nu. 14. lib. 3. & Crau. loco præalleg. num. 65. & Mascard. in d. conclus. 1004. num. 48. Verum hanc declarationem intelligunt Iaf. in d. consil. 240. col. pen. lib. 4. & Gabr. in d. conclus. 1. nu. 15. quando ageretur de modico præiudicio, quam declarationem visus est non admittere Crau. vbi supra. Rectius dicendum est, ratificationem hanc præsumi, quando f. aliquis actus subsecutus patientiam, & obseruantiam illius ostendit. Ita respondi in consil. 1. nu. 82. post Alciatum in tractatu de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 13. in fine.

32 Declaratur quinto, vt nō procedat in qualitate f. mandati, quæ quidem ob temporis diuturnitatem præsumitur. Ita in specie respondit Dec. in consil. 36. nu. 8. vers. & per antiquitatem, & in consil. 297. num. 4. a quo non dissentit Ant. Gabr. in d. conclus. 1. num. 16. & conferunt quæ scripsi supra in 1. declarat. in fine, sic & Mascard. in d. conclus. 1004. num. 51. qui alios refert.

Declaratur sexto, vt nō procedat in snā antiqua. Nā 33 in illa præsumitur f. mandatum delegationis. Ita Fel. in c. iur. de re iud. & Ant. Gabr. in d. concl. 1. nu. 20. & idē 34 in tit. de sent. e. cl. 4. nu. 34. vbi dixit, præsumi f. pro sententia antiqua ēt quoad processum. Qua de re dicemus infra. Et coprobatur a fortiori hæc declaratio secundū Fel. loco præalleg. quia ita dicimus in sententia, seu laudo 35 arbitri, qñ latum præsumitur ex f. compromisso, quando

est antiquitus pronūciatum. Et de laudo hoc idē scripserunt Curt. Sen. in consil. 77. super motiuis, col. 2. Casad. de cif. 3. in tit. de procur. & dicemus infra suo loco.

36 Declaratur septimo, vt non procedat in f. mandato de custodiendo, quod quidem ob temporis antiquitatem præsumitur, seu diuturnitate præcedentis custodia. Ita Alex. in additio. ad Bar. in l. 1. vxor. §. si quis vxorem, ff. ad l. iul. de adulter. Afflict. de cif. 345. Crau. de antiq. tempor. in 2. parte principali, num. 66. & Mascard. in d. conclus. 1004. num. 45.

Declaratur octauo, vt non procedat quando cū ipsa 37 t. temporis diuturnitate concurrat, quasi possessio. Nam tunc præsumitur mandatum, Ita Alex. in consil. 1. col. penult. lib. 4. Brunus in consil. 96. num. 3. in fin. Crau. in d. 2. par. num. 67. & in consil. 317. nu. 2. vers. tertio respondeo. Natta in consil. 526. num. 13. lib. 3. quos secutus sum in consil. 1. num. 81. & accedit Mascard. in d. conclus. 1004. num. 53.

38 Declaratur nono, vt nō procedat, quando f. ageretur de commodo, & favore allegantis mandatum. Nā tunc illud præsumitur temporis diuturnitate. Ita Aret. in consil. 42. col. 2. vers. præterea, vt retiget & Crau. in d. 2. par. in fi. & Vant. in tract. de nullit. in tit. quib. mod. nullitas reparari possit, num. 92. Mascard. qui supra nu. 55.

39 Declaratur decimo, vt non procedat in mandato f. iudicis, vt puta in commissione facta nuncio, vt aliquē citet, & in ius vocet. Nam illud mandatum præsumitur ex temporis diuturnitate. Ita respondit Ruin. in consil. 66. nu. 3. lib. 5. qui constituit differentiam inter mandatum priuata, & publica personæ. Et illum secutus est Anton. Gabr. in d. conclus. 1. num. 28.

40 Declaratur vndecimo, vt non procedat in mādato f. syndici Vniuersitatis, quādo arbitramentum emologatum per ipsum tanquam syndicum, suum effectum sortitum fuit longo temporis cursu, sciente & patiente Vniuersitate. Nam tunc mandatum præsumitur ipsi syndico concessum fuisse. Ita Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 13. qui scripsit terminos finium probari emologato mandato Vniuersitatis a suo syndico, cum diū obseruati illi fuerint. Et Alciatum secutus est Gabr. in d. conclus. 1. num. 29. & multis comprobauit Hierony. Montanus in tract. de finib. cap. 105. & accedit Mascard. de probat. conclus. 1004. num. 50.

41 Declaratur duodecimo nō f. procedere, quando elapsum est tempus opponendi defectum ipsius mandati. Ita respondit Natta in consil. 526. num. 6.

*Procurator an præsumatur ille, qui crediti instrumenta exhibet diligenter explicatur?*

*S V M M A R I V M.*

- 1 Procurator exhibens instrumenta, quibus concurrentibus mandatum habere præsumatur, & admittatur sine cautione, nu. 2. 3. & 6. & alia refertur opinio num. 9.
- 4 Coniunctio facit coniunctum admitti, tanquam personam legitimam.
- 5 Procuratore restituente domino instrumentum, mandatum præsumitur reuocatum.
- 7 Sigilli solius ostensio absque alia probatione facta sibi traditionis, an præsumat procuratorem fuisse constitutum.
- 8 Debitor ostendens instrumentum debiti sui cancellatum, præsumitur soluisse.
- 10 Procurator constitutus etiam is creditur, qui in domo creditoris conuersatur, exhibendo instrumenta crediti, modò bona sit fama, & conditionis. Aliud, si de bona ipsius fama non constet, num. 11.
- 12 Instrumentum debiti cancellatum penes debitorem, quando solutionem faciat præsumi.

P R A E S V M P T. XXXIV. *in d. conclus. 1004. num. 45.*

Postulat hic locus, vt differamus, an procurator præsumatur ille, qui exhibet instrumenta crediti, vt ad debitore creditum exigere possit? Hæc in re distinguendi sunt aliquot casus, in multis secuti distinctionem eruditissimi Alciati, in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 33.

Primus est, qui habetur in l. vlt. C. de pact. conuen. vbi ex sententia Alciat. tria concurrunt: Primum, quia illa mulier promiserat marito dare instrumenta illa bonorum paraphernalium, quæ quidem esse, ac permancere apud ipsum maritum deberet. Secundum, quia re vera ipsa instrumenta fuerunt ipsi marito tradita. Tertium, quia ibi aderat sanguinis coniunctio. Et propterea ex multis f. illis concurrentibus lex præsumit mandatum. Nec tenetur maritus cauere de rato. Et hunc casum specialem esse ob personarum coniunctionem scripsit Bald. & Salic. in d. l. vlt. Barb. in c. coram, num. 7. in fin. de off. deleg. l. 1. in fin. C. de procur. Ceterum Cyn. in l. maritus. C. de procurat. scripsit, duo tamen intervenisse in casu d. l. vlt. nempe traditionem instrumenti factam ab vxore, & illam sanguinis coniunctionem. Et idem sentit Barbat. in d. c. coram, num. 7.

Secundus est casus, quando duo tantum interuenerūt, hoc est, instrumentorum traditio, & sanguinis coniunctio. Hoc in casu (ait Alciatus) præsumitur, atque ita admittitur iste tanquam procurator, sed tñ de rato cauere dēt. Ita probat c. corā. de off. deleg. vbi clericus habens in sūtra crediti suæ ecclesiæ, fuit admissus solū cū cautione, & tñ magna est coniunctio inter ipsum, & eius ecclesiam, vt ibi habetur, & scribit Innoc. in c. cum R. Canonico, de off. deleg. Verum Barb. in d. c. corā, nu. 10. vers. item pondera, scribit, & forte rectius, in casu c. corā. nō interuenisse aliquam instrumenti traditionem, cum ipse esset suæ ecclesiæ prælatus, & à se ipso potuit accipere.

Tertius est casus, f. quando exhibens ipsa instrumenta nulla affinitate coniunctus est cum dño, sed probat ea sibi tradita fuisse ab ipso domino. Hoc etiam in casu præsumitur constitutus procurator, & ideo admittitur sine aliqua cautione. Ita Io. And. Bal. & Abb. in c. corā, de off. deleg. & ibidem Barbat. num. 2. in fin. & Fel. num. 9. vers. summa primo. Imò censuit Roman. in consil. 446. num. 10. vers. mihi autem, & in sing. 637. quod hæc dicitur plena probatio. Et hunc casum probant relati Doctores ex d. l. vlt. C. de pact. conuen. Quam tamen cum Alciato supra diximus procedere tribus illis concurrentibus. Et præsertim ibi perpenditur, quod maritus esset coniuncta persona, quæ sanè coniunctio f. operatur, vt coniunctus admittatur tanquam legitimus procurator, vt annotauit ibi Alber. & tradunt omnes in l. maritus, ex illo text. C. de procurat. & Ripa in c. cum M. num. 52. de cōstit. Adduci etiam solet tex. d. c. coram, de off. deleg. Cui quidem respondere potest, vt declarauit superiori casu. Tertio ea ratione motus est Roman. quod contrarium eadem est disciplina, l. 1. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. Atque f. quando procurator restituit instrūm. ip si domino, reuocatio mandati inducitur, l. negociorum. S. curator. & l. tutor. ff. de appellat. & lita aut. §. vlt. ff. de aduinst. tutor. Ergo datio ipsa instrumenti infert procuratoris constitutionem. Et Romanum hac in argumentatione secutus est Rip. in Rubr. ff. de acq. poss. num. 3. vers. 1. sic. Ceterum respondet Alciat. in d. præsumpt. 33. prædicta ita procedere, quoad dominum, & ipsum procuratorem, non autem respectu tertij, cui adferri præiudicium posset. Imò (inquit Ale.) contrarium probat d. l. ita tamen. §. vlt. iuncta gl. bid. Contrariam itaque opinionem probauit Alciatus in d. præsumpt. 33. n. 5. vers. vnde in isto. Qui tamen nec lege, nec ratione suam probat opinionem. Ego opinor Romani, & sequacium tra-

ditionem veram esse, si modò is, qui instrumenta exhibet consueuit versari in foro, & lites pertractare. Et in valde verisimilius, quod dominus ille, ob personæ conditionem tradiderit hæc instrumenta, vt creditum suum exigeret ille procurator, quam vt instrumenta apud eū deponeret. Etenim specie ita sentit Imol. in l. Maeria, col. 1. ff. sol. matr. Et hic quidem casus intelligitur vt locū habeat, etiam si scripturæ tradite fuerit ei, qui non consueuit exercere procuratoris officium. Ita Ruin. in consil. 44. num. 9. lib. 1. Benuen. Stracha in tract. de mercat. in tit. de adiecto. q. 8. in 4. & 6. & Decian. in consil. 69. n. 9. lib. 3. Quartus est casus, f. qñ hic qui exhibet instrumenta, non est sanguine coniunctus cum dño ipso in instrumentorum, nec etiam probat illa sibi à dño tradita fuisse. Hoc casu præsumi illum fuisse constitutum procuratorem, docuit Bar. in l. vulgo, in fin. ff. de aduinst. tut. & in l. 3. §. cæ. ff. de Carbo. dicit. Idē scripsit Bal. Ang. & Imol. in l. Maeria. ff. solut. matr. Idem Imol. in c. 1. de procurat. Cast. & Alex. in l. 1. C. de procur. Bal. in l. si qua per casum, in fi. C. de Episc. & cler. Rom. in d. consil. 446. num. 11. vers. aut producit quis, & in d. sing. 637. vers. aut dicitur. Guid. Pap. in consil. 68. nu. 1. Felin. in c. coram, nu. 9. de off. deleg. Ruin. in consil. 107. n. 6. li. 4. Capol. in consil. 11. n. 5. in crim. Marfin. l. si quis neq. nu. 142. de quest. Crau. in consil. 8. nu. 5. Rebuff. in tract. nominationum, q. 14. nu. 109. Rip. in rub. ff. de acq. poss. nu. 3. in fin. Capool. in l. velle non creditur, nu. 16. ff. de reg. iur.

Primò ex d. cap. coram. de cuius interpretatione diximus supra.

Secundò motus est Rom. eo simili, quia ostensio f. sigilli ipsius domini principalis, absque alia probatione traditionis sibi factæ, præsumptionem inducit, quod fuerit constitutus procurator, & ideo admittitur cum cautione rati, c. 2. de solut. vbi Io. And. & Host. Ergo multo magis idē dicendum in hac instrumentorum productione, cū ad causam magis faciant instrumenta, quæ sigillum. Verum faciliè respondetur, quod imò sigillum non inducit aliquam præsumptionem mandati, cum sigillum non loquatur, nec aliquid significet, vt in specie docuit Bald. in l. 1. nu. 11. de procur. idem sentit Felin. in cap. post cessionem, num. 9. de procur. & confert quod scripsi lib. 2. de arbitrar. iud. casu. 113. n. 1. & 2. præterea & secundò respondetur, quod d. ca. 2. de sol. & doctrinæ Io. Andr. ac Host. ibi procedit, quando probatum fuit dñm illud dedisse. Ita declarat ad rem nostram Felin. in d. c. coram, num. 9. vers. fit etiam dubiū. Secundò adfert Rom. præcitatis in locis aliud simile, quod dicitur, qñ si debitor f. ostendit instrumentum sui debiti cancellatum præsumitur solutio debiti, l. chirographū. ff. de probat. & tradunt omnes in l. Labeo. ff. de pactis. Ergo idē dicendum est in ostensione instrumentorum, quæ ad causam faciunt. Sed responderi faciliè potest, vt superiore casu cum Alciat. diximus, posse hoc argumenti genus procedere, quoad dominum, & ipsum procuratorem, non autem quoad tertium, cui adferri potest præiudicium.

Contrariam itaque opinionem, quod f. imò iste non præsumatur constitutus procurator, probarunt Bald. in l. 1. nu. 11. C. de procur. & ibid. Salic. col. 5. vers. sed iuxta hoc quæro. Butr. in d. c. coram, de off. deleg. Alciat. in d. reg. 1. præsumpt. 33. Ea ratione moti, quod potuit subtrahisse. Quæ quidem ratio leuis est, cū nemo deliquisset præsumatur, l. merito. ff. pro soc. Ceterū (vt ingenue dicam quod sentio) magis mihi placet illa recepta opinio Bart. Rom. & sequacium, quod scilicet præsumatur ille constitutus procurator, cum hic nullum tertij damnū & præiudicium, vel fraus aliqua esse possit, ex quo per cautionem de rato illi satisfactum omnino est.

Extenditur hic casus, vt etiam procedat, qñ in instrumentum crediti exhibetur f. ab eo, qui consueuit conuersari in domo creditoris, & hic exhibens est bonæ cōditionis.